Quelle: https://manuscripta.at/?ID=792
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

bit et sedes eis sicut sol in conspectu meo: et sic
luna perfecta in eternum et testis in celo fidelis. Oro
Praesta quaesumus omnipotens deus ut qui beati Ambro
sii natalicia colimus a cunctis malis imminentibus eius intercessionibus liberemur. Per.
Beatus vir qui in sapientia | L. l. sapientiae
morabitur: et qui in iustitia meditabitur: et in sensu cogitabit circumspectionem dei. Cibauit illum pane vitae et intellectus: et aqua sapientiae salutaris potauit illum
Et firmabitur in illo et non flectetur. et timebit
illum et non timidetur. et exaltabit illum apud
proximos suos. Et in medio ecclesiae aperiet os eius
illum dominus deus nr: O. l. l. sapie.
Beatus homo qui inuenit sapientiam: et qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negociatione argenti et auri primi et
purissimi. Fructus eius pociior est cunctis
opibus. et omnia quae desiderantur huic non valent operari. Longitudo dierum in dextera
eius et in sinistra illius diuitiae et gloria. Viae
eius viae pulchrae. et omnes semitae eius pacifice. Lignum vitae est his qui apprehenderint